

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 7. Idem Patriarcha & Legatus Apostolicus unacum Josepho Vallemano  
Romana Purpura decoratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

## S. VII.

Sæc. XVII.  
A. C. 1707.

*Idem Patriarcha & Legatus Aposto-  
licus unacum Josepho Vallemano  
Romana Purpura decoratus.*

Cum summo Pontifici per crebras Mis-  
sionariorum literas innotesceret, *Orat. Clem.*  
quanto Religionis Zelo, quamque ge- *XI. p. 30.*  
nerofo ærumnarum, contradictionum, *Vitæ Card.*  
injuriarumque contemptu Turnonius  
Sinicæ superstitionis Zizania ex agro  
Dominico eradicare, fideique purita-  
tem vastissimo huic Imperio reddere ad-  
laborarit, ut aucta hujus Operarii dignis-  
simi auctoritate ac dignitate uberioris  
messis spes affulgeret, eundem suadente  
Cincio Cardinale die prima Augusti  
Presbyterum Cardinalem renuntiavit,  
eademque die Josephum Vallemanum  
Archiepiscopum Athenensem Palatij  
Apostolici Præfectum, quem anno priori  
in secreto Purpuratorum Senatu die  
decima septima Maij *in pedatore*, ut  
ajunt, reservaverat, eadem Purpura  
decoratum declaravit, habita hanc in  
rem oratione sequenti:

„Ad gloriam omnipotentis Dei,  
„sanctæque Romanæ Ecclesiæ utilita-  
„tem, ac decus, palam hodie evul-  
„gare, ac declarare intendimus unum  
„Presbyterum Cardinalem, quem du-

Mm 5            „dum,

Sæc. XVII. „dum, nempe in Consistorio secreto  
A. C. 1707. „habito die decima septima Mensis Maii  
„anni proxime præteriti, unacum aliis  
„novendecim Cardinalibus creavimus  
„& in pectore reservavimus, videlicet  
„Venerabilem Fratrem Josephum Vilemanum Archiepiscopum Atheniensis  
„sem, palatii nostri Apostolici prefectum; cuius virtutes non recente  
„mus, quia vobis satis comperte sunt  
„ac notæ. Præterea cum non minus  
„iis, qui longe, quam illis, qui proprie  
„sunt, debitores simus, ac Operarios  
„vinea Domini, non modo sub oculis  
„nostris, sed etiam in longinquioribus  
„orbis terrarum partibus strenue, frate  
„liter, ac fructuose laborantes praedictis  
„rioribus Apostolicæ liberalitatis pre  
„miis decorari maxime deceat:  
„Christianæ Religionis, ac Catholicae  
„fidei in remotissimis ab hac sancta Sede  
„regionibus solidiori stabilimento, i  
„latori propagationi omni, qua possim  
„mus, ratione opportune consulamus  
„creare firmiter intendimus alios  
„Presbyterum Cardinalem videlicet  
„Venerabilem etiam Fratrem Carolum  
„Thomam Patriarcham Antiochenum  
„quem fere ex sexennio, ut vobis n  
„tum est, de fraternitatum vestrarum  
„Consilio pariter & assensu, Nostrorum  
„& Apostolicæ Sedis Generalem Vile

„tatorem in Sinarum, & aliis India-Sæc. XVII.  
rum Orientalium Regnis cum potestate A.C. 1707.  
„state itidem nostri, & ejusdem Sedis  
„de latere Legati, deputavimus. „

Absoluta hac oratione Pauluccio  
Cardinali Pontifex in mandatis dedit,  
ut Turnonium de obtenta dignitate da-  
tis literis certiores redderet, quas ta-  
men literas Patriarcha jamjam Macaoi  
carceri mancipatus primum die de-  
cima septima Augusti anno hujus sa-  
culi nono recepit.

### §. VIII.

#### *Gravis contentio in Sabaudia ob e- dicta contra Clericos.*

Jam anno prioris saeculi nonagesimo Bull. magis-  
septimo die decima octava Septem- Part. 2.  
bris Victoris Amadæi Sabaudiæ Ducis pag. 43.  
Ministri, ac Magistratus Laici edictum  
promulgarunt, in cuius §. sexto con-  
tinebatur præceptum Sindicis, Consiliariis,  
Secretariis, aliquique re imini & gubernio  
Civitatum, terrarum, & locorum ditionis  
ejusdem Victoris Amadæi Ducis pro tem-  
pore præpositis injunctum sub certis pæ-  
nis, ne aliquod beneplacitum, vulgo PLA-  
CET de cetero amplius concederent ad hoc  
ut quisquam statum clericalem assumeret,  
vel jam minoribus Ordinibus iniciatus ad  
sacros Ordines promoveri posset, nisi prius  
officie-